quod nichil est in se salutandum hominibus tam libenter
haberet quam quod ille decreverat. Subito discedentibus
illis considerantes fratres socii tam admirabilem
in eis similitudinis, salutacionis,
occursus et dispersionis novitatem, mysticum
aliquid designari circa virum sanctum non irrationa-
biliter perpenderunt. Sane pauperculas tres, ut vide-
batur mulieres pauperculas sic uniformi fa-
cie occurrentes, sic salutantes insolite, sic
subito discedentes, ewangelice perfectionis for-
mositas, quantum ad castitatem scilicet obedien-
ciam et paupertatem satis convenienter ostenditur
in viro dei pari forma perfecte fulsisse, licet gloriari
prelegerit in privilegio paupertatis, quam modo
matrem, modo sponsam, modo dominam nominare
solebat. In hac ceteros cupiebat excedere,
qui ex ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare.
Si quando igitur pauperiorem se quempiam secundum
exteriorem habitum cerneret, semetipsum pro-
tinus arguens excitabat ad simile, tamquam
si emula paupertate concertans vinci se time-
ret in illo. Accidit enim ut pauperculum quen-